Quelle: https://manuscripta.at/?ID=6898
Copyright: Wien, Dominikanerkonvent

Jo. XCVI

periculosa est. qm̃ via est qua quis facile
in desperationē ⁊ in perniciē labitur. hoc
em̃ modo in hominū mētes vt Bernardꝰ
ait serpit. Repto bis tribulatio parit pu
sillanimitatē. pusillanimitas pturbatōez.
perturbatio desperatōez. desperatio interi
mit. Inde fit vt demones pre ceteris infe
stent pusillanimes. quoniã p eã facile eos
ducit ad interitū. nã sicut accipitres colū
bas ⁊ ceteras pauidas aues. ⁊ canes le
pores. ceruos. cuniculos. ⁊ cetera huius
modi pauida animalia magis insequunt
ita callidꝰ hostis mente debiliores q̃ ani
mo fortes libentꝰ aggrediē. ⁊ hec nempe
causa fuit. quare potiꝰ eua q̃ adã in ipo
mundi exordio inuaserit. Merito igit ad
hãc versutiã. calliditatēq̃. antiqui hostis
euitandã gloriosus aplꝰ Paulꝰ hoc pa
cto Ephesios alloquit. Cõfortamini fra
tres in dño. ⁊ in potētia virtutis eiꝰ. In
duite vos armaturã dei. vt possitis stare
aduersus insidias dyaboli. Qm̃ non est
nobis colluctatio aduersus carnē ⁊ san
guinē. sz aduersus principes ⁊ potestates
aduersus mūdi rectores tenebraz harum
cõtra spiritalia nequicie in celestibus. Ob
eã rem ecclesiasticus etiã inquit. noli pu
sillanimis esse in animo tuo. Quid plu
ra. pusillanimes exteriꝰ interiusq̃ patiun
tur. Hinc de eis in deuteronomio scriptũ
est. foris vastabit eos gladiꝰ. ⁊ intꝰ pauor
pusillanimes etiã ab omnibus minimis ⁊
vltro ⁊ citro agitant. propterea de ipis in
leuitico habet. Terrebit eos sonitus folij
volantis. Et Job. vndiq̃ terrebunt eum
formidines. pusillanimes sine cessatione
afficiunt. Unde pusillanimi recte tribui
potest qd̃ in deuteronomio scriptum est.
Timebis nocte ⁊ die ⁊ nõ credes vite tue
Et mane dices. quis mihi det vesperaz. ⁊
vespe. quis mihi det mane. ppter cordis
tui formidinē. pusillanimes fallaci ⁊ cõti
nua fallunt opinione. Arbitrant em̃ pro
pter id qd̃ in scriptura dicit Beatus vir
q̃ semp est pauidꝰ. sibi ad virtutē ⁊ felici
tatē ascribendã esse pusillanimitatē. cũ nõ
intelligãt de pauore peccãdi ⁊ peccatorũ
penis ⁊ nõ de aggrediendaz virtutum ti
more scripturaz fuisse locutã. Nã i bona
rũ actionũ aggressu omis est repellenda
formido. Idcirco ad eas explēdas parēs
noster a plãtis iubet subditis ferri sola
men. cũ ait. Cõsolet pusillanimes. solari em̃ eos debet. vt mala q̃ ex pusillanimi
tate proueniunt euitare possint. vt a san
cto ppositro nõ distrahãt. vt ardua ⁊ san
cta religionis opa hilariter opentur. vt ⁊
ipi prelati ex hoc magno pietatis officio
magnã a deo psequant mercedē. Me
dicamēta aũt quibꝰ ad hãc animi egritu
dinē sanandã vtendũ est. sunt diuinũ ver
bũ. dei auxiliuz. eiꝰ nois inuocatio. bona
societas. strarioz pstratio. diuine gratie
beneficiũ. ⁊ eterne remuneratōis sidera
tio. Diuinũ quidē verbũ tante est efficē
tie. vt nemo sit ita remissus. quin ad bene
beateq̃ agēdũ p illud reddat audacissi
mus. Nã si homo homiez sic suo fortat
verbo. vt p illud etiã sepenumero ad omne
genꝰ mortis equo anuno ferendũ citet.
quãto magis animari debet homo ex di
uini verbi citatōne. at vero dei verbũ est
illud. qd̃ nobis in hoc mari magno ⁊ spe
cioso nauigantibus. in quo sunt reptilia.
hoc est innumera genera periculoz ait.
Nolite timere. O magnã fiduciã. O ma
gnũ ⁊ inexplicabile solamē. qd̃ suscipe de
bemus. qñ ipa infallibilis veritas. eterna
sapiētia ⁊ omnipotens sermo dei nobis di
cit. Nolite timere. ac si diceret. Et licet in
periculo stituti sitis. si in me sidit. no
lite timere. ego em̃ pstо adsum liberator
defensor ⁊ cõsolator. Unde neq̃ vllo pa
cto naufragiuz pati valetis. si mihi absq̃
hesitatõe inheretis. perinde petrũ mergi.
incipientē increpabat dicēs. Modice fi
dei quare dubitasti. Quantũ aũt diui
nũ auxiliũ soleꝫ. quis explicabit. hoc ei
est in q̃ possumꝰ in oia. hoc itē est. q̃ subla
to nihil profecto valemꝰ omnes. veritate
testãte q̃ ait. Sine me nihil potestis face
re. ⁊ ideo ipm̃ sine cessatõe petētes dica
mus. Deꝰ in adiutoziũ meũ intēde. dñe
ad adiuuandũ me festina. Sz dicet quis
piã. quo pacto nobis adesse dei auxilium
innotesceret Respõdet questioni psalmi
graphus dicens. Non dest. s. per auxiliũ
deus timentibus se. quod ⁊ ipse testatur
apud Esaiam. cum dicit. Nolite timere.
quia ego redemi te. tanq̃ si patenter asse
reret. q̃ ego tibi auxilio presto sim. timere
⁊ dubitare nullatenus debes. quoniã cũ
nihil esses creaui te. ⁊ cum tua culpa sa
thane obnoxius esses potestati. proprio

p ⁊